

**5951** Ti. [Cl]audius L . . . . , | C. Avillius Clemen[s], | L. Coelius Capella, P. | Raecius Libo, P. Valerius Secundus iudices | dati a M. Pompeio Silva[no] leg. Aug. propr.<sup>1</sup> inter | rem p. Asseriatum et rem p. Al]-veritarum<sup>2</sup> in re praesenti per | [sententi]am suam determina|verunt.

In Dalmatia loco dicto Dobropolje rep., non longe a Podgradje ubi fuit Asseria (III S. 9958 vidit Hirschfeld). — 1) Legatus Dalmatae fuit a. 69 (Tac. hist. 2, 86. 5, 50). — 2) De Asseria cf. C. I. L. III p. 370; Alveria ignota.

**5952** . . . . . | . . . [i]nter Ner[a]sti[nos]<sup>1</sup> et Pitunti[nos]<sup>2</sup> termini r[ec]ogniti et restitu[ti] a | . . [P]isone<sup>3</sup> leg. pro pretore | [Ti.] Claudi Caesaris [Aug. | G]ermanici per C. Marium Maternum 7 leg. | VII C. p. f., quos L. Volus[ius Saturninus]<sup>4</sup> . . .

In Dalmatia, inter Salonas et Naronam, prope vicum Dubrava di Poljica (III S. 42794 = Bulić bull. dalmato 1890 p. 145). — 1) Idem Narestini N. 5948. — 2) De his cf. C. I. L. III l. c. — 3) Fortasse is qui coniuravit in Nerone (cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 279 n. 227) aut L. Piso consul ord. a. 27. — 4) Cf. N. 5948/9.

**5953** [e]x edictu (sic) P. Cor[neli] Dolabele (sic) leg. | pro pr.<sup>1</sup> determi-nati fines Geminus<sup>2</sup> | pri. posterior leg. | VII inter Neditas<sup>3</sup> | et Corinienses, | restituti iussu A. | Duceni Gemini<sup>4</sup> | leg. Augusti pr. p[r.] | per A. Resium [M]a[ximum] ♂ leg. XI | C. p. f. pr. posterior. | et Q. Aebutium | Libera-lem<sup>5</sup> astat. | posteriore leg. | eiusdem.

**5953<sup>a</sup>** fines inter Neditas et Corinienses derect*[i]*<sup>6</sup> mensuris actis iussu [Du]cenii<sup>7</sup> Gemini leg. per A. Resium Maximum ♂ legionis XI prin-cipem posteriorem co[r.] I<sup>8</sup> et per [Q.] A[e]butium<sup>9</sup> Liberalem ♂ eiusdem leg. astatum posteriore chor. I.

Prope Karin (Corinium) Dalmatae (III S. 9975 in ecclesia vici Popović vidit Hirschfeld; III 2883 in ecclesia vici Novigradi semel descripta saec. XVI). — 1) Cf. supra N. 938. 5829. Praefuit Dalmatae ab a. 14 ad a. 18. — 2) Intellege: per Geminum principem posteriorem. — 3) Nedinum hodie Nadin (cf. C. I. L. III p. 571). — 4) Idem memoratur Tac. ann. 45, 48, hist. 1, 14. Legatus Dalmatae videtur fuisse sub Nerone. — 5) Ad Aebutium Liberalem Seneca dedit libros de beneficiis (Hirschfeld); cf. etiam supra N. 4015 not. 3. — 6) derectus, 7) Meceni, 8) COPI, 9) D. Aelbutium traditur. — Ad fines Neditarum et populi alicuius vicini spectat etiam III 2882.

**5953<sup>b</sup>** ex conventione finis | inter Ortoplinos<sup>1</sup> et Pare|ntinos<sup>2</sup>, aditus ad aquam | vivam Ortoplinis pasus (sic) | ♂ latus<sup>3</sup> 1<sup>4</sup>.

In Dalmatia (Croatia quae nunc est), inter Iablanac et Kosinj gornji rupi incisum (Brunšmid Vjesnik nov. ser. 8, 1901 p. 400 cum imagine photographica, cf. Patsch die Lika in roemischer Zeit 1900 p. 22 seq.). — 1) Ortopla oppidum maritimum lapydiae, Ptol. 2, 16, 3, Plin. h. n. 5, 140, cf. Patsch l. c. — 2) Parentini in Dal-matia ignoti. — 3) Sic imago edita l. c. (delatus legit editor). — 4) Latus passum unum, intellegit Patsch; fortasse fuit p. (pedes) sequente numero.

**5954** [ex auctoritate | i]mp. Aug. | [fi]nes dere[cti | int]er Dien[ses | 30\*